

CONRADVS SALIQVVS IMPERATOR.



Conradus Franciæ Orientalis dux, à Conrado Lotharingiæ duce, q̄ Ottonis Magni gener & in campo Lyci ad Augustam à Hunnis occisus fuit, profapiam duxit. Nam Conradus ille ex Luithgarda filia Ottonis Cunonem comitē Franconiæ genuit, qui Sigefridū, Eberhardū, & Hermannum filios habuit. Hermannus ex Adelheide uxore nobili hunc Conradum genuit, qui genus suū in antiquos Clodoueos principes referebat, à quibus etiam propter leges Saliquas ab illis æditas, Conradus Saliquus est cognominatus. Inter eas erat quoq; ut soli virilis sexus reges à maribus regibus orti, in regno Francorū rebus præessent, nec ad eā dignitatē fœminæ admitterent. Illa Adelheidis mulier erat pietati de ditiss. quæ in oppido Frâconiæ Spalt duo collegia fundauit, S. Emerami & S.